

quadam necessitate, ita Loh. alique apud Gob. in Exp. t. 3. num. 330. imo Sanch. num. 27. Dian. supra & alii credunt u-

226 §. 5. Si quis ceram Agni Dei benedictam liquefaciat cum alia cera non benedicta, tota cera fit benedicta, dummodo quantitas benedictae superet, ad eum modum, quo aqua non benedicta, si effundatur benedicta, fit benedicta, ut pluribus docet Gob. in Quint. t. 5. cap. 23. a num. 261. id tamen in Agnis Dei illicite fieri docet Gob. supra in Exp. numer. 332. quamvis licite fiat in aqua benedicta, quia illa liquefacta ce-

227 §. 6. Si qui ossa Agni, qui in Paschate benedicuntur, det canibus, aut putamina ovorum, quae etiam tunc benedicuntur, projiciat in finetum, Gregorius dicit peccare, quia rem benedictam non tractat decenter; hinc vult comburi, & cineres decenter tractari: sed probabilis est in neutro peccari, tum quia illa non sententur benedicti, sed accessorie & per accidens habent se ad comestibilia, super quae centur cadere benedictio, tum etiam, quia res ejusmodi id est per quam redduntur constitutiva hinc consecratis, id est per quam redduntur res in rigore consecratae, sed tantum benedictione invocata, per quam solum invocatur specialis assidens Dei circa rerum illarum usus; quae autem sic benedicuntur, possunt adherere ad omnem usum, ad quem poterant, antequam benedicerentur, nam etiam sepissime a Sacerdote benedicuntur omnes cibi ante mensam, & tamen postea ex illis cibis datur canibus, Cajet. Laym. lib. 5. t. 9. cap. 13. numer. 4. Gob. supra in Quint. num. 252. Similiter est licitum candelis vel aqua benedicta ut ad alios usus profanos & decentes v. gr. ad habendum lumen pro studio, ad miscendum vinum pro potu, Tambur. apud Gob. num. 259. & in Exp. n. 334. quamvis alii contrarium suadeant.

228 §. 7. Missalia vel Biblia sacra non debent facile adhereri ad usus profanos, Gob. num. 371. dicens male fieri, si ideo dissolvantur, ut v. gr. ferviant compingendis libris, licet enim imagines, quae repraesentant Sanctos, censentur usque fidei, quae coli debent, & non adhereri ad usus profanos: ita libri illi, qui tantum sunt ad continentias, & referendos res sacras, nam etiam litteras a principibus ad nos scriptas solemus in honore habere. Aliud est de cartis aliis, quibus sacra nomina in notio paginis aut per decursum incidenter interscuntur: hac enim sunt tantum accessorie, neque cartae ejusmodi ideo censentur sacra, sed sine scrupulo adhereri possunt ad quovis usum. Notatque etiam Gob. num. 374. non apparere irreverentiam in hoc, quod folia Bibliorum calu, aut veritate dissoluta convertantur in usum profanum; De cultu imaginum, & reliquiarum videri debent dicta l. 3. p. 1. a. n. 15.

Qui plura volent de Sacramentalibus, consular Raynaudum Tom. 16. a p. 197. Idem Auctor Tom. 10. tr. 3. agit de Agno cereo; & tr. 4. de benedictione Rotae in Dominica 4. Quadragesimae, ubique multa eruditione scribens.

TRACTATUS II.

De Baptismo, & Confirmatione.

CAPUT PRIMUM.

De Baptismo.

229 Non agitur hic de Baptismo sanguinis, id est, Martyrio; cum nec de fiaminis, seu spiritus, id est, contritione, cum vero Baptismo, vel desiderio; quia non sunt Sa- cramenta; sed de Baptismo fluminis, qui definitur Ab- lutio corporis exterior, facta sub praecipua forma verborum.

ADDENDA.

230 Quesl. 42. Quid notandum sit circa Baptismum sanguinis sive Martyrium? Resp. De etymologia & variis nominibus Baptismi, videri potest Arcudius in Concordia Ecclesiae occid. & orient. l. 1. c. 6. Circa Baptismum sanguinis sive Martyrium, nota seqq.

§. 1. Martyrium est vi vocis significat testimonium: potest autem definiti, persequi mortis, vel cruciatus lethalis pro Christi fide: unde ad Martyrium requiritur ut, vel pro salute cruciatus illatus mortis, nam §. Joannes Evangelista fuit vere Martyr, licet e ferventi oleo per miraculum illesus evaserit. 2. Persequi ob fidem Christi, nam Martyrem facit non perna sed causa, inquit SS. Cyrilianus, & Augustinus. 3. Illatio mortis vel cruciatus in odium fidei Christi.

231 §. 2. Quamvis Martyrium, prout est commune infantibus, non requirit voluntariam acceptationem, hanc tamen requirit in adultis, & quidem talem, quae sit ex motivo supernaturali, ut cum communi Averl. quesi. 70. sess. 6. §. Primo, a liquoque neque in rigore esset confessio Christi, neque actus virtutis Christianae: sufficit tamen voluntas habitualiter perseverans. Caj. Con. Bon. Gob. in Exp. t. 2. a. n. 615. Hinc qui formo occideretur ex odio fidei, esset Martyr. Si tamen antecederet nihil cogitasset de morte ob fidem subeunda, Suar. Less. Laym. Dicalt. de Bapt. dist. 3. numer. 7. negant fore Martyrem.

232 §. 3. Mors contritus inferri ob fidem Christi, si inferatur propter opus vel defensionem alicujus virtutis Christianae, quia opera, secundum quod referuntur ad Deum, sunt quadam pro-

testationes fidei, & qui potius vult mori, quam deficere a virtute, factio ipso potestatur Deum esse summe venerandum, S. Th. 2. 2. quesi. 124. art. 5. Averl. §. Secundo. Gob. a num. 604. Et ita §. Joannes Baptista, non pro fide, sed pro reprehensione adulterii occisus est, uti & alii apud Mendo d. 5. n. 26. qui tamen vult vere Martyr.

233 §. 4. Si Sacerdos Catholicus ideo occidatur quia contra prohibitionem venit in regnum aatholicum, est Martyr, quamvis enim obtendatur violatio legis civilis, re ipsa tamen simul influit odium fidei vel religionis, ex quolata est talis lex, Dicalt. num. 48.

234 §. 5. Si invincibiliter putet opus, ob quod moritur, esse adum virtutis, cum tamen non sit, Rayn. tom. 18. de Martyrio per peccatum p. 2. cap. 3. numer. 17. dicit esse Martyrem, quia ideo moritur, quod nolit agere contra conscientiam invincibiliter errantem, hoc autem est mori propter Deum, & virtutem, ergo.

235 §. 6. De fide est, illos, qui se ipsos occidunt etiam propter peccatum a se perpetratum, non esse Martyres, nam Donatista & Circumcelliones id docentes damnantur in Concil. Rom. sub Melchiae Papa anno 313. & Carthaginiensi 1. anno 348. Imo milites Catholici, qui pugnando occiduntur ab hostibus fidei & in fidei odium, non sunt proprie Martyres, quia moriuntur tanquam milites non voluntarie, sed a morte se defendendo: Martyrium autem est imitatio Passionis Christi, inquit S. Thom. qui quasi agnus coram tonante se obmutat, Itaque v. 7. Tann. Dicalt. num. 8. Si tamen milites tales victi, depositis armis occidantur propter fidem, sunt Martyres, Less. Gob. num. 614.

236 §. 7. De illis, qui in obsequio persequuntur ex charitate moriuntur, dicit Martyr. Rom. 28. Febr. quos velut Martyres Religiosi fides venerari consuevit. Et re ipsa Martyres esse, teste Mendo dist. 1. num. 151. teneantur 12. Academicis, 13. Cardinales, 12. Episcopis, & 264. Doctores, item alii 53. Scriptores cum Rayn. supra p. 2. & 4. E contra illos non est in regno Martyres, tenent alii plurimi cum Thoma Hurtado & Platelo p. 5. n. 151. quia nec cenentur mori pro fide Christi, nec pro defensione alicujus virtutis.

237 §. 8. Infantes per se solum Martyrium salvari, docent Catholici communiter, ita ut Suar. & alii, oppositum cenentur temerarium aut erroneum. Platel. num. 152. Putantque Tolet. Henric. Regim. Valq. Bonac. Dicalt. num. 11. etiam infantes in utero matris occisos esse Martyres, cum eadem sit ratio de ipsis, quae de aliis.

238 §. 9. Martyrium in adultis remittit omnem culpam, & peccatum, uti habet communis cum Dicalt. num. 50. & ideo cap. cum Marthe. §. fin. de celebr. Missarum, dicitur, injuriam facit Martyri, qui orat pro Martyre. Manet tamen gravis controversia, an hunc effectum habeat independenter ab actu Charitatis? unde queritur, si aliquis bona fide, & invincibiliter omittit actum charitatis in Martyrio, an vi Martyrii justificaretur? Videntur negare SS. Augustinus & Bernardus, apud Platel. numer. 159. & clare S. Th. 3. p. quesi. 66. art. 12. ad 2. Effusio sanguinis non habet rationem Baptismi, si sit sine charitate; ex quo patet, quod Baptismus sanguinis includit Baptismum fluminis. Similiter 2. 2. quesi. 124. art. 2. ad 2. Martyrium est charitatis ut imperantis, fortitudinis autem ut elicentis. Et eandem sententiam tenent S. Bonav. Alens. Scot. Dur. Canus. Ben. Kellifon, Valq. Laym. Ockeg. & ratio est, quia 1. ad Corinth. 13. v. 3. dicitur, Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. E contra quod justificet, non quidem stricte ex opere operato, sicuti Sacramenta, attamen quasi ex opere operantis, & ex quodam privilegio, quamvis absit actus charitatis, docent Cajet. Sot. Prap. Valent. Bellarm. Suar. Con. Tann. Less. Bonac. Caltrap. Rayn. p. 1. cap. 6. a num. 18. Platel. num. 154. Spor. de Penit. num. 161. Ill. t. 4. dist. 1. a. num. 17. Averl. quesi. 70. sess. 6. §. Quantum, Dicalt. a num. 13. Gob. num. 167. Gorm. de Bapt. num. 4. Et videtur idem velle S. Th. apud Platel. num. 160. dicens baptismum sanguinis non habere hoc ex opere operantis, sed ex imitatione Passionis Christi. Ratio horum est, quia Matth. 10. v. 32. & 39. Marci 8. v. 35. Luc. 9. v. 24. Joan. 12. v. 25. salus aeterna promittitur, hoc ipso quod quis vitam suam ponat propter Christum, quod fit, quando praesit mors sustinetur pro defensione fidei. 2. Quia SS. PP. apud Platel. num. 156. Martyrium aequiparant Baptismo, hic autem justificat seculo actu charitatis, uti tenent communiter omnes, ergo. 3. Quia martyrium ita justificat infantes, ergo etiam adultos, si nempe hi habent dispositionem necessariam, de qua §. 7. 4. Quia alius Martyrium non aliter deleret peccata, quam quodvis aliud opus ex charitate positum, 5. Quia licet non dabantur tres Baptismi, fluminis, flaminis & sanguinis, quod videtur esse contra communem sensum.

Ad rationem oppositam dici potest vel cum Platelo, quod To charitatem non habuero, intelligatur, non pure negative, sed contrarie, id est, si diffentiones, & schismata fovero, propter quae Apostolus ibi reprehendebat Corinthios: vel cum Averl. si propria sponte vel ex malo fine tradidero corpus meum, ut ardeam, vel cum Ill. si habitualis charitas non accedat ad Martyrium; vel cum Dicalt. licet alia omnia habuero, si non habuero charitatem, nihil mihi prodest, sicuti verum est, licet habuero Baptismum aquae, si charitatem non habuero, nihil mihi prodest.

239 §. 10. Ad Martyrium in homine adulto, qui personaliter peccavit, praerogitur poenitentia, saltem virtualis, uti ad Baptismum, secundum Trident. sess. 14. de Penitent. cap. 1. Nec obstat, quod SS. PP. dicant Martyrium habere majorem vim, quam baptismum, nam tantum volunt habere plus meriti, & majorem conferre gratiam, quod etiam docent S. Thom. Rayn. p. 2.

p. 2. c. 6. num. 8. Ill. num. 26. Sicuti autem ad baptismum sufficit attritio, ita etiam ad Martyrium, per se loquendo, uti docent AA. §. procead. pro secunda sententia citati. Imo putant aliqui cum Dicalt. num. 40. si Martyr inculpabiliter omittit attritionem formalem, per accidens sufficere virtualem, quae includitur in voluntate subeundi morem pro Christo. Aliunde tamen tenetur Martyr elicere contritionem, tum quia omnes ad eam obligantur pro articulo mortis, secundum dicta l. 2. n. 130. tum etiam, quia illo tempore est obligatio sequendi tutiora.

240 §. 11. Vega, Suar. alique cum Dicalt. num. 39. putant gratiam tum causari, quando Martyr est ille vicinus morti, ut naturaliter non possit diutius vivere, quia tum moraliter adest Martyrium. E contra Rayn. num. 257. Platel. num. 171. Ill. num. 24. videtur velle, quod conferatur in ultimo instanti intrinseco vita, quia SS. PP. dicunt tunc conferri, quando amplius peccare non potest. Videri potest Averl. l. 5. Ad ult. rationem.

241 §. 12. Illicitum est se temere, & absque justa causa ingerere in Martyrium, S. Thom. Nav. Henric. Sanch. Dicalt. nu. 57. Ratio est 1. Quia homo non est Dominus vitae suae. 2. Quia occidens ita inducitur ad peccatum. 3. Quia haec est quadam tenentia Dei, uti notant SS. PP. apud Gob. num. 164. Hinc docent Laym. & Gob. se peccare mortaliter, si die Veneris abintinas a carabibus, sicut se manifestes esse Catholicum, praevident se ideo occidendum. Per accidens tamen licet est se offerre ad Martyrium, si nempe fiat ex instinctu divino, possitque etiam esse preceptum, si necesse fore ad vitandum scandalum, quod per diffimulationem vel fugam causaretur.

242 §. 13. Martyrio respondet in caelo laureola sive corolla, id est, speciale gaudium proveniens ex tam excellenti victoria & redundans in corpus, cum peculiari decore illius membri, in quo passus est Martyr, uti probabiliter docent Ray. p. 2. c. 6. n. 33. Gob. n. 619. Dicalt. n. 51.

243 Quesl. 43. Quid notandum sit circa Baptismum fluminis? R. Seqq.

§. 1. De fide est posse alicum salvari baptismo fluminis, sine baptismo fluminis aut sanguinis, uti dicitur n. 245.

244 §. 2. Baptismus fluminis est perfecta contritio, vel amor Dei super omnia, de quibus plura dicuntur in materia de Penitentia. Ad baptismum autem fluminis non requiritur expressam voluntatem vel desiderium baptismi aquae, sed sufficit implicitum, in cludum in voluntate servandi omnia Dei precepta, Suar. Valq. Valent. Gob. in Exp. t. 2. n. 637. contra Niquinum. Attritio tamen, etiam cum expresso voto baptismi non sufficit, quia non justificat sine Sacramento vel Martyrio.

245 Quesl. 44. Quenam hereses sint in Ecclesia exorta circa Baptismum fluminis seu aquae? R. Seqq.

1. S. Bernardus Epist. 77. refert haeresim aliquorum, qui dicebant absolute neminem absque baptismo aquae posse salvari; sed oppositum habet traditio Ecclesiae, nam baptismum sanguinis aut flaminis potest obtineri facili, uti constat ex dictis, & pro Baptismo fluminis est expressa decisio Innocent. III. Cap. Apostolicam, de Presbyt. non baptizat. Et ideo Trid. sess. 6. c. 4. docet justificationem haberi, aut lavacro regenerationis, aut ejus voto.

246 2. Flagellantes docuerunt Baptismum aquae mutatum esse in Baptismum sanguinis, sed damnantur anno 1311. in Concil. Viennensi sub Clem. 5.

247 3. Pelagius, Wiceloff, & Armeni, dixerunt Baptismum non esse necessarium ad salutem, & infantes eo non egere, eo quod careant peccato originali, sed damnantur in Concil. Milevitano II. & Trid. sess. 5. in Decreto de peccato orig. item sess. 7. de Bapt. Canon. 5.

248 4. Manes, Messaliani, Albanenses, Abigenenses, Armeni dixerunt Baptismum aquae nullam habere vim, sed damnantur in Concil. Niceno v. Florent. sub Eugen. IV. anno 1439. & Trid. supra.

249 5. Petrus de Bruiis, Henricus Tholomasus, & Anabaptistae anno 1520. dixerunt baptismum pueris usum rationis non habentibus nihil prodesse, sed damnantur in Concil. Later. sub Inn. III. anno 1215. & in aliis deinceps Conciliis.

250 6. Alii Anabaptistae dixerunt Baptismum solum adultis etatem Christi habentibus esse conferendum, sed damnantur a Trid. supra Can. 12. & 13.

251 7. Donatus Afer, Armeni & alii Anabaptistae anno 1558. dixerunt rebaptizandos esse illos, qui sunt de Ecclesia Romana; aut in infidelitatem relapsi, aut postea adulti non ratificant Baptismum in infantia susceptum, sed damnantur a Florent. supra & Trid. Can. 8. 11. & 14.

252 8. Armeni alique docuerunt, nemini conferri posse Baptismum, nisi eidem confertur unctio S. Chrismatum, & Sacramento Eucharistiae: E contra, Waldo, Wiceloff, & Waldenses dixerunt Baptismum esse recipiendum sine unctio olei, sed primi damnantur ex hacenus dictis: postremi autem in Concil. Laodiceo, anno 364. & Lateranensi sub Alex. II. anno 1179.

253 9. Lutherus docuit nullum peccatum, praeter originale, tolli per Baptismum, sed damnatur in Trid. sess. 5. in Decret. de peccat. orig.

254 10. Lutherus, Melanct. Brentius, Kennit. dixerunt infantes credere, dum baptizantur, sed manent damnati ex dictis a n. 249.

255 11. Materiam Baptismi non esse aquam sed ignem, docuerunt Galata, abutentes illis verbis S. Joannis Baptista, Matth. 3. v. 11. ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto & igni, ideoque ferro candenti inurebant frontibus hominum signum crucis: sed damnantur in Florent. & Trid. sess. 7. Can. 2. Verbis autem adultis significat S. Joannes, per suum baptismum homines dispositum tantum ad penitentiam, sed per Baptismum Christi dandum Spiritum Sanctum, gratiam, & charitatem.

256 12. Marcus Augustinus anno 1558. Montanus anno 1573. Paulus Syrus anno 1666. docuerunt formam Baptismi in Ecclesia usitam Theol. a P. Zach. locupl. Tom. II.

tam non esse veram formam, sed damnantur in Concil. Antiocheno & Niceno 1. anno 325.

13. Cathabryes dixerunt mortuos sine baptismo utiliter baptizari: Marcionitas putant alicum vivum posse baptizari pro tali defuncto; sed damnantur anno 397. in Concil. Carthaginiensi III. cap. 6. & Synodo Trullensi. Vide Averfam quesi. 68. sect. 1.

DUBIUM I.

Quae Materia Baptismi.

257 R. Esp. Materia remota licita, est aqua consecrata, si haberi potest; valida, est omnis & sola aqua elementaris, quae moralit hominum altimatione fit naturalis & usulalis, qualis est putei, maris, paludis, pluviae &c. Item refusa, lata ex nive, grandinae, glacie, licet accidentaliter quoad colorem, saporem & odorem alterata sit, ut aqua sulphurea, lixivium jusculum aqua ita tenetur carne decoctum, aut aqua alteri corpori ita modice admixta, ut usum communi, & altimationem aquae retineat. Ratio responsionis est, ex Joannis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua. Quam S. Thom. confirmat triplici congruentia. 1. Est maxima comoditas usque. 2. Ejus facilissimum est usum. 3. Aptitudo ad significandum effectum qui est, emundatio a peccato. Unde refertur.

258 I. Inepta materia Baptismi est saliva, lotium, lacryma, sudor, cerevisia, item aqua sic permixta, ut non amplius sit apta ablutioni, nec vocetur aqua, v. gr. latum, brodium, vinum lymphatum; item aquae artificiales, ex rosis, herbis, succisque expressae, denique nix, grandis, glacies non resolutae. Ratio, quia morali hominum altimationem non censetur aqua naturalis & usulalis. Laym. l. 5. tr. 2. c. 3. Bon. t. 1. de Sacr. d. 2. q. 2. p. 3.

II. Quia in quibusdam tam ex dictis, tum alii dubium est, verb. grat. de jusculo & cerevisia valde tenui, lixivio, & secundum Granad. in 3. part. cap. 4. t. 1. d. 3. dub. 2. aqua rosacea: hinc in necessitate licet illis uti, est potest, baptismum sub conditione sit repetendus. Vide Efcob. Laym. Bon. II. cc.

III. Ut aqua impura, vel non consecrata, cum alia haberi potest, est grave peccatum, ob Sacramenti irreverentiam. Bonac. nu. 7. & 8. Dian. p. 9. t. 6. R. 33. & alii quinquae, licet Granad. & Quintanad. putent non esse mortale uti non benedicta.

259 R. Esp. II. Proxima materia Baptismi est ablutio; Quae licet sit tribus modis, scilicet immersione, aspersione, infusione, juxta praxim diversarum Ecclesiarum, quae servanda est, ita ut morali hominum judicio censetur esse lotus. Ex praepcepto tamen caput abluendum est, quod praxi Ecclesiae habet. Ratio, quia quilibet horum modorum fieri potest ablutio. Et quidem triam meritionem non esse necessarium, constat ex Concilio Toletano: Ubi tamen tria vel immersio vel infusio usitata est, sine gravi peccato, extra necessitatem, non potest praetermitti, ut docet D. Th. etiam alii, scilicet so scandalum, & contempum, dicant esse tantum veniale. Laym. n. 4. Bon. l. c. Unde refertur.

I. Non vere baptizatur, cujus nulla pars immediate tangitur, v. g. infans in utero vel cista; vel adultus, cujus vestes tantum sunt aspersae. Laym. Bon. II. cc.

II. Non requiritur ad valorem, ut qui baptizatur emerget ex aqua, quod tamen grave peccatum est, esto nihil minus mortuus esset baptizandus, Laym. num. 5. Uti etiam, si iam matrem nihilominus morituram, vel mortis ream, aperire, ut infans baptizetur, Laym. num. 2. ubi unicuique cum differtur, si nimirum mater fit morte digna, & si supplicium differatur, infans certo fit mortuus ante nativitatem. Verum recte addit ex Suar. casum hunc, vix moralem & practicum esse. V. l. c. Unde refertur.

III. Invalidus est Baptismus, 1. Si quis labatur in aquam, vel ab alio protrudatur, & tamen formam pronuntiat, aut si formam pronuntians teneat puerum, & alter abluat, aut aquam affundat. 2. Si aqua e fonte proflente, aut stillitico decendente, baptizandus est se submittat. Ratio, quia in his non tu, sed alter abluat. Bonac. pag. 2.

IV. Ob probabilem utriusque sententiam, dubius est Baptismus, ideoque si in necessitate sit datus, repetendus sub conditione. 1. Si tantum una vel altera gutta sit adhibita, v. g. si more aquae lustralis multitudine sit aspersa: Quod sine necessitate non licet, cum ab ablutionem non videatur sufficere quicumque aquae contactus, sed requiri successum cum aliquo motu, Bonac. num. 13. ex Suar. Kon. &c. In casu tamen necessitatis, sic baptizare concordat Merat. l. 3. p. 2. 74. Granad. d. 4. num. 12. 2. Si tantum fit abluta pars nimis principalis, v. gr. digitus, manus, vel pes: Nam si pars principalis, v. gr. caput, vel pedes, nemo dubitat. 3. Si tantum crines sint tincti, licet Lug. Resp. Mor. l. 1. d. 1. hanc validum esse contendat. 4. Si infans tinctus, sit involutus adhiuscundem suae, id est, pelluculae corpori annata. In necessitate tamen in praedictis casibus baptismus debet conferri sub conditione. Hurt. de Bapt. d. 1. dist. 2. V. Laym. l. c.

V. Cum terna usurpatur assusio aquae immerio, ad nomen Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, juxta praxim Ecclesiae, cavendum, ne ter, sed semel tantum pronuntietur forma. Quae rectius ita profertur, ut ante tertiam ablutionem non finiatur, quia forma cum quacumque prima ablutione baptismum constituit. Regim. l. 27. c. 3. Laym.

ADDENDA.

260 Quesl. 45. Quid praeterea circa materiam Baptismi fit notandum? Resp. Quandoam materia Baptismi dicitur substantialiter vel tantum accidentaliter mutata, dictum est n. 21. & 22. Hic adde seqq.

licitiam, que autem baptisimatis, eadem reconciliationis est causa, amicit. S. August. l. 1. de aduers. iup. c. 28. Si forte penitentem frigidius, uita periculum preoccupauerit, nec ipsum ex hac uita sine artha suo peccato uita uelle debet Ecclesia. Cur autem requiratur signum externum doloris, rationem dat Lugo n. 124. quia Sacramentum Penitentiae continet iudicium externum circa peccata commissa, non potest autem iudex ex se inchoare iudicium, nisi debite imploratus, saltem a reo, a quo non imploratur debite & proportionate ad iudicium externum, nisi per aliquam accusationem externe positam, per quam simul dolorem internum reddat sensibilem, uti pluribus explicat idem Lugo n. 122.

172 §. 5. Ad Extremam Unctionem sufficit interpretativa, uti tenent omnes communiter cum Bernal. n. 79. hinc dari poterit lapsio in amentiam, quamvis forte nihil sciverit de Extrema Unctione. Cur autem intentio interpretativa sufficiat potius ad Confirmationem, Eucharistiam, Penitentiam, & Extremam Unctionem, quam ad alia Sacramenta, haec etiam est ratio, quia dicta Sacramenta minus incommode vel oneris afferunt seculum, ergo facilius praesumitur uoluntio generalis habendi talia bona, alioquin non facile obrimilia: & maxime de Extrema Unctione praesumit hae uoluntas, quia cum sit potestatum Sacramentum, & homines communiter tum possint eam petere, merito praesumitur omnes eam uelle, nisi de contraria uoluntate constet.

173 §. 6. Ad Ordinem, non sufficit interpretativa, cum enim Ordo fit immutatio totius status, asseruntque graui onera illi, qui ad id suscipiunt, neque fit necessarius ad salutem, ex eo, quod aliquis uolitione generali uelit sibi media ad salutem, non ideo uult Ordinem, uti cum coramuni Con. Auerf. Dical. n. 228. Patat tamen Gob. n. 245. contra Con. & Dical. sufficere implicitum, ideoque ualidum fore Presbyterium illius, qui admittit Parochiam uolens eam retinere, si postea in somno ordinaret Presbyter, quia, inquit, in uoluntate Parochiae retinendae continetur uoluntas intra annum accipiendi Presbyterium.

174 §. 7. Ad Matrimonium etiam non sufficit interpretativa, ob rationem iam datam de Ordine. Quodque tamen sufficit habitualis, uti recte Arriaga a n. 27. Dical. n. 308. Bernal. n. 77. Sporer n. 118. nam etiam sufficit consensus semel positus & moraliter perseverans, uti si Titius miserit procuratorem, qui nomine suo contrahat Matrimonium, si Caja procuratori reprobatur, intantum dormiente Titio, pericitur contractus, cum tamen intentio contrahendi & consensus eo tempore existant tantum habitualiter. Putant quidem Rhod. Lugo n. 129. Bosco n. 49. intentionem & consensum Titii adhuc existere saltem virtualiter, in quantum uolito procuratoris existens est moraliter uolito Titii, quae de facto etiam in Caja casus mutuum consensum, sed recte contradicit Bernal. n. 78. quia si Titius ante expletum contractum reuocaret intentionem & consensum suum, quamvis poneretur uolito procuratoris & consensum Sacramentum nec contractus, ergo in hac uolitione, nequidem habitualiter, multo minus virtualiter, manet intentio & consensus Titii.

175 • Obijc. In conficiente Sacramento requiritur intentio saltem uoluntatis, ergo etiam in suscipiente. R. Disparitatem datam esse n. 56. in Obj. 2. quia nempe conficiens est agens, & quidem nomine Christi, suscipiens autem est potius uelut patiens.

Inft. Si suscipiens est uelut patiens, ergo nequidem habitualis intentio requiritur ad illum Sacramentum ualide suscipiendum. R. n. seq. est enim uelut patiens, non pure physicum & mortuo modo, sed uoluntarium, debent enim admittit uel onera uel fauores Sacramenti, ergo merito requiritur aliquis ejus consensus.

176 §. 4. Quando sufficit consensus habitualis, conferri potest ualide Sacramentum illi, qui, quando erit compos rationis, uoluit, aut probabiliter praesumitur uoluisse illud, quamvis postea in amentia uel phrenesi expresse dicat se nolle, quia haec reuocatio non est actus humanus uel liber, ergo prior uolito humana & libera permansit habitualiter. Dian. p. 3. r. 4. R. 12. Auerf. supra, Gob. n. 226. alioque contrahentis, non feret Sacramentum, an uoluerit, dicunt Auerf. & J. Sanch. d. 44. n. 40. debere conferri sub conditione. Quid uero faciendum sit in dubio, an nunc, dum consensum reuocat, sit compos rationis, dicitur num. 240.

177 §. 5. Si quis ratione utens ore tantum renuat corde consentiat in Baptisum, Confirmationem, Eucharistiam, Extremam Unctionem & Ordinem, haec Sacramenta erunt ualida, si ipsi conferantur, uti recte Bosco n. 32. in his enim Sacramentis non requiritur ullum signum externum interni consensus, quale tamen requiritur in Penitentia, secundum dicta n. 171. & maxime in Matrimonio, quia alioquin acceptari non posset consensus.

178 §. 6. Ut Eucharistia suscipiatur formaliter in ratione Sacramenti, id est, cum fructu & effectu gratiae, requiritur in adulto aliqua intentio, secundum ante dicta, hinc docent S. Th. q. 80. art. 3. ad 3. Saar. d. 70. f. 3. Lugo de Euchar. d. 16. n. 22. alioque, si quis casu comederet hostiam consecratam, putans esse panem alium, non fore Sacramentalem sumptionem, ideoque nec satisfaciatur praecipio communicandi in Paschate, nec ideo accipit gratiam, nam nullam uideretur habere intentionem euadendi nisi sumat more catholico, id est, loco, tempore, & modo debito; consequenter non uoluit sumere eam, quando putaret se panem panem sumere, sicut nec tunc, quando putaret, uti recte Rhod. Auer. Lugo n. 172. Gob. n. 234. contra Arr. d. n. 13. qui putat ualde probabile esse talem etiam cum fructu sumpturum: Quod n. 15. affirmat etiam de illo, cui contra uoluntatem intrusa esset Eucharistia: Dical. de Eucharist. d. 9. n. 143. affirmat etiam de illo, qui post usum rationis in amentia comederet Eucharistiam, nesciens Eucharistiam esse,

quia quamvis fideles non habeant uoluntatem absolutam tali modo suscipiendi Sacramenta, tamen prouident praesumunt habere uoluntatem, ut si suscipiant, sit ualida, excepto Ordine & Matrimonio, item, ut accipiant illorum fructum, quia hoc credit, & ad reuerentiam Sacramenti, quod alioqui esset inuadit, & ad utilitatem suam, quae alioqui careret, quo ratio probabilis est, atque adeo a priori inferit Lugo de Euchar. d. 13. n. 28. si quis semel antea aut ante amentiam habuisset expressam uoluntatem accipiendi fructum etiam ex casuali celebratione Eucharistiae, hunc non priuandum fructu.

Quid dicendum sit in casu, quo suscipiens haberet oppositas intentiones, uel erraret circa aliquid peccans ad Sacramentum, aut ad personam Ministrum, intelligi potest ex dictis a n. 62. & 69. Ex haftenus dictis

Colliguntur seqq. I. Omnis homo, etiam infans & fatuus, est capax Baptisimi. Omnis baptizatus est capax Confirmationis, Eucharistiae, uti si masculus sit, Ordinis: solus baptizatus adultus est capax Penitentiae, Extremae Unctionis, & Matrimonii.

2. Quamvis B. Virgo caruerit peccato originali, fuit capax Baptisimi, quia finis illius erat, tum aggregare Ecclesiae, tum causare characterem & gratiam de de delictum originale, uti fit in illo, qui antea contritus postmodum suscipit Baptisimum.

3. Qui post Baptisimum non peccauit, non est capax Penitentiae, cuius materia sunt peccata post Baptisimum commissa: Et Arr. d. 22. n. 2. dicit talem etiam non esse capacem Extremae Unctionis, quia eius forma uidetur supponere peccatum, cum confertur ad peccati reliquias aut penas delendas. Contradicit tamen in hoc Dical. de Extrem. Unct. d. 1. O putans satis esse, quod potuerit peccare, hinc etiam Compt. d. 63. f. 5. n. 1. dicit sufficere, quod quis liberatus utatur, & capax sit spiritualis auxilii, ad tentationes diaboli in agone superandas: imo Dic. n. 149. refert multos, qui dixerunt B. Virginem suscepisse Extremam Unctionem, quamvis Vafq. & alii multi hoc negent.

4. Infans est capax Ordinis, uti docent S. Th. alioque communiter cum Dical. de Ordine d. 1. ita ut Caltr. de Ord. p. 7. n. 2. dicat, hanc sententiam esse certam contra Durandum. Ideoque etiam Vafq. Fill. Bon. Dian. Caltr. Dical. alioque, quos refert Gob. n. 8. n. 506. & sequitur Sporer n. 67. docent infantem in cunis posse ualide ordinari Episcopum. Probat autem ex Cap. de Cler. per saluum promotio, ubi agitur de aliquo ante annos discretionis promotio in Subdiaconum, & postmodum omnifido Diaconatu promotio in Presbyterium, qui iubetur ordinari Diaconus, ergo satis significatur reliquos Ordines fuisse ualidos: quod autem dicitur de his Ordinibus, ualeat a parte de omnibus: Et congruentiam dat Haun. l. 4. n. 746. quia sic ordinari est merus favor, ergo sicuti potest qui legitimum uel nobilitari ante usum rationis, ita etiam potest ordinari.

5. Infans non est capax Matrimonii, uti nec fatuus, quia non potest habere liberum consensum, qui est materia proxima huius contractus. Nec obstat, quod per tuores inean contractus, quibus etiam obligantur post acceptum usum rationis, nam Christus hoc noluit de Matrimonio, quod omnimodum indissolubilitatem, & grauissima onera afferit: Et hoc rescimus ex communis doctrina Ecclesiae & Doctorum.

Q. 34. An fides uel probitas suscipiens requiratur ad ualorem Sacramenti? R. Negative (excepto Sacramento Penitentiae) nam ita definitur Concilia & Pontifices, de quibus Saar. d. 14. f. 2. contra varios hereticos, habetque praxis Ecclesiae, quae non reiterat Sacramenta u. g. Baptisimum, Ordines &c. quamvis aliquis ea susceperit in peccato mortali etiam contra fidem. Nec obstat, quod ille, qui in Paschate suscepit Eucharistiam in mortaliter scienter, non satisfecit praecipio, sed teneatur iterum communicare, nam hoc est tantum ob praecipium Ecclesiae, quae uel Communione esse dignam & fructuosam. Dixi, excepto Sacramento Penitentiae, nam ad dolorem supernaturalem praerequiritur fides, secundum dicta l. 2. a. n. 14. & detestatio peccatorum ac propolium non peccandi de cetero etiam praerequirunt ad ualorem Sacramenti Penitentiae, uti suo loco dicitur.

DUBIUM II.

Quid requiratur, ut Sacramentum licite & cum fructu suscipiatur?

Resp. Ad effectum Baptisimi, uel Penitentiae, requiritur & 185
sufficit, praeter uoluntatem rem suam Sacramentum, dispositio fidei, spem & attritionis, non autem requiritur charitas, siue ut gratiam habeat, quia haec Sacramenta dicuntur mortuorum, quod ipsa primam gratiam, seu uitam donent. Ad reliqua uero Sacramenta; quae dicuntur uiuorum, requiritur, ut sit in gratia, quia illa non primam, sed secundam tantum gratiam, id est, augmentum tantum gratiae conferunt. Et si lubidine per accidens detur primam, cum quis putat bona fide se carere mortali. Laym. l. 5. tr. 1. cap. 6. Bon. tom. 1. de Sacram. d. 1. q. 6. p. 2. Unde resoluit

I. Et si aequaliter dispositi, aequalem, magis tamen dispositi, maiorem Sacramenti fructum, praeter characterem, consequuntur, tum quia congruum est, Sacramenta ita instituta esse, ut uberior gratia detur, pro dispositione subiecti: tum quia non uidetur is, qui uehementer attritionem ad Baptisimum uel Penitentiam afferit, omni fructu carere.

II. Qui sumit hostiam, quam nescit esse consecratam, cum infat alterius animalis, sine intentione sumendi Sacramentum sumat, accipit quidem materialiter rem, quae est Sacramentum, non tamen sacramentaliter & cum fructu. Idem docet Bonacini. de eo, qui sumit Sacramentum ex causa famis: quod uidetur intelligendum, si ex ea sola; neque enim uide-

uidetur Sacerdos fructu Sacramenti priuari, est sumpturus caritatem, simul etiam leuare situm intenderet. V. Bon. loc. cit. num. 3.

ADDENDA.

186 Q. 35. Quid praeter adnotandum sit circa dispositiones praerequisitas ad hoc, ut adultus licite & cum fructu suscipiat Sacramentum? R. Seqq.

§. 1. Caltr. l. 4. d. 1. p. 12. n. 2. Con. De fide d. 14. nu. 217. alioque dicunt suscipiendum Sacramentum, & praesertim Eucharistiam, debere saltem ex praecipio elicite actum fidei: quae sententia, quoad Sacramenta mortuorum, uera est: e contra respectiue ad Sacramenta uiuorum; & speciatim ad Eucharistiam, Saar. d. 63. f. 3. post concl. 2. recte negat necessarium esse fidem adualem huius Mysterii; hinc sufficit, inquit Lugo de fide d. 13. n. 51. si interueniat aliquis actus fidei implicitus & in consilio, per quem suscipiens ex memoria notitiae per fidem comparate habeat intentionem suscipiendi Sacramentum ueluti aliquid habens supernaturalem operationem. Et recte addit, non esse opus anxii de elicendo propterea hos actus fidei, quia si haberet de Sacramentis fidem explicitam, prout habere debuit, uolito suscipiendi tale Sacramentum procedat a fide saltem consilia, quae recurret intellectui; ideoque etiam Amicus, d. 4. n. 97. dicit fidem & spem ad Sacramenta uiuorum praerequisitam includi in uoluntate recipiendi tale Sacramentum: Utilissimum tamen est in praxi explicite actus illos praemittere.

187 §. 2. Ante Baptisimum requiritur actus fidei & spem supernaturalem, saltem uoluntatis, uti omnes docent cum Saar. de grat. l. 8. cap. 19. Et quando adit mortale personale, praerequirunt contritio uel attritio supernaturales, uti docet Trid. sess. 14. de Pen. c. 1. his uerbis, fuit quidem penitentia ueris hominibus, qui se mortali aliquo peccato conuincissent, quouis tempore ad gratiam & iustitiam ascendendam necessaria, illis etiam, qui baptisimi Sacramento ablu peccatis; probataque ex uariis locis Scripturae & speciatim ex illo Act. 2. v. 38. Penitentiam, inquit, agite, & baptizetur unusquisque uestrum. Idem docetur Cap. Omnis 96. & Cap. Agunt. 97. de consec. dist. 4. Ex hoc autem, quod Trid. praerequirat actum fidei, spem & penitentiam, sicut oportet, & ex motione actus adiutorio Spiritus Sancti recte inferit Amic. num. 76. hos actus debere esse etiam quoad substantiam supernaturales. Putant quidem aliqui cum Escob. l. 6. n. 280. posse per accidens ad Baptisimum sufficere dolorem virtuale, si est, implicitum, contentum in spe salutis suae aeternae, si nempe aliquis immemor peccatorum, uel non cogitans de praemittendo actuali dolore cum tali actu suscipere Baptisimum, sed Saar. Vafq. alioque cum Caltr. p. 13. num. 7. communis contradicunt.

188 §. 3. Ante Sacramentum Penitentiae requiritur actus saltem uirtuales fidei & spem supernaturalem, uti explicatum est l. 2. a. n. 14.

§. 4. Ante Sacramenta uiuorum requiritur, per se loquendo, status gratiae, cum uniusquodque de facto sit uel in gratia uel in peccato mortali, & Sacramenta uiuorum, per se loquendo, non cauent primam gratiam, si inueniant peccatum mortale, non poterunt cauere suum effectum.

190 §. 5. Propter specialia praecipia praemitti debet Eucharistiae jeiunium naturale a media nocte, & Confessio uel absolutio directa ab omni mortali, uti dicitur nu. 511. & a nu. 533. Pro reliquis Sacramentis uiuorum, si quis in mortali fuerit, sufficit status gratiae per contritionem, quamvis enim Marfil. & Adrian. putant Confessionem praerequiri, tamen Vafq. d. 136. c. 1. n. 3. Dical. d. 3. n. 200. docent oppositum esse certum, ideoque sufficere contritionem, tradunt Laym. lib. 3. tr. 1. cap. 5. num. 10. Lugo d. 8. f. 9. Arr. d. 20. num. 16. alioque communissime cum Buelem. relatio num. 86. Si dicas, contritionem esse nimis difficilem. Contra est, quia homini eius motiva scienti non est adeo difficilis: improbabilius autem potius aliquid Rigoristae certam intentionem uel durationem, uti ostendunt Penitentia. Quod si quis ultra attritionem asurgere non possit, per accidens apud eum praerequirat Confessio.

191 §. 6. Si aliqua Sacramenta uiuorum per accidens causare possint primam gratiam, praerequirunt in suscipiente alioquem actum supernaturalem, saltem post susceptum Sacramentum, uti dicitur a nu. 197.

192 §. 7. Suscipiens Sacramentum debet esse liber ab omni excommunicatione, & ab interdicto personali: & respectu Ordinum aut primae Tonisurae, etiam ab omni irregularitate, unde qui etiam per contritionem conlatus in gratia susciperet eiusmodi Sacramentum non remota prius censura uel irregularitate, committeret grave sacrilegium, quia ageret contra prohibitionem Ecclesiae positam ex sine reuerentia erga res diuinas & Sacramenta; possit tamen excusare ignorantia aut grauis metus, uti dicitur in materia de censuris. Plura, quae specialiter praerequiruntur ad hoc uel illud Sacramentum, & praesertim ad Ordines, designabuntur, quando de illis Sacramentis: Ex dictis

193 Colligitur cum Lugo de Eucharist. d. 14. f. 3. Auerf. hic qu. 64. sect. 10. Dical. d. 8. dub. 4. Tamb. de Commun. cap. 1. n. 12. ad principalem fructum Sacramenti, etiam Eucharistiae percipiendum non necessario requiri actualem deuotionem, uti putant aliqui, apud Saar. d. 53. f. 3. & apud Amic. d. 4. num. 90. sed satis esse accedere cum alius dispositionibus. Ad alios tamen abundantiores effectus, maxime autem ad gratias actuales tum accipiendas, multum conferat actualis deuotio, uti omnes fatentur cum Auerf. de Euchar. qu. 7. sect. 5. ideoque Saar. & Amic. ad has gratias requirunt negationem distractionis; imo Rhod. putat semper esse saltem ueniale, recipere aliquod Sacramentum sine aliquo pio motu uoluntatis, & consentium Gob. r. 1. num. 259. & Sporer hic n. 157.

194 Q. 36. Quid dicendum sit de casu, quo quis Sacramentum suscipit cum obice, uel cum peccato mortali? Resp. Seqq.

§. 1. Qui Sacramentum suscipit cum obice, siue cum impe-

dicamento, quo minus in susceptione Sacramenti causetur gratia, debet, per se loquendo mortaliter, quia si fructus instituit Sacramentum, primario, ideo ut absolute praedice significaret gratiam, quando suscipiatur, qui autem suscipit cum obice, facit, ut non possit absolute praedice significare gratiam atque ita quasi illud Christum, & abutitur institutione diuina in re maximi momenti. Perinde autem est, siue hic obex sit positus, uti est peccatum mortale in Sacramentis uiuorum, siue negatiuus, uti est negatio fidei in baptizando. Conf. quia sicut ille est grauius irreuerens, inquit Lugo disp. num. 3. qui adducit Deum in telum rei falsae: quamvis enim non faciat, ut Deus re ipsa testetur falsum, tamen facit, ut hoc appareat; ita qui suscipit Sacramentum cum obice, quia quamvis non faciat, ut Deus re ipsa significet falsum, tamen facit, quantum est de se, ut quodammodo uideatur significare falsum, siue potius ut non significet hoc, quod dixit se significaturum, si poneretur Sacramentum, & ideo etiam talis susceptio cum obice a Theologis uocatur fictio, esseque secundum se grauius peccatum, quam indigna conscientia aut miniatio, uti cum aliis multis notat Dical. d. 3. n. 340. Dixi, per se loquendo, nam licet Saar. loquens de Eucharist. d. 66. f. 1. innuat nullo casu licitam esse suscipere cum obice, eo quod sit praecipuum naturale eum suscipiendi in gratia, tamen contradicunt communis alii, cum Auerf. de Euchar. qu. 8. f. 10. Herines d. 3. n. 96. & Bosco d. 1. f. 8. num. 54. nam per se talis casu, u. g. si hostia alioqui esset profananda ab hereticis, nisi falsum fumeretur, sicut enim tunc potest recordi in foramen parietis, ita, inquit Dian. p. 11. r. 6. R. 2. & Tamb. de Comm. cap. 1. num. 75. poterit sumi, ex intentione abscondendi in se. De casu quo Sacerdos in Missa recitaret mortales, nec posset elicere contritionem, nisi cum certo dispendio sui honoris, dicitur, quando de Sacrificio.

Objc. Nullo casu licitum est jurare falsum, ergo nec suscipere Sacramentum cum obice, quia tam intrinsece malum est facere, uti Deus uideatur significare falsum, quam facere, ut uideatur testari falsum.

Resp. n. conseq. & ejus probationem. Jurans falsum mentitur, & quantum est de se, uult Deum esse testem, siue loquatur pro ueritate uel mendacii, ideoque uult, uel Deum nescire esse falsum uel falsum testari, hoc esse uerum, quod tam ipse quam Deus scit esse falsum, utrumque autem non potest non directe opponi infinitae sapientiae aut ueracitati Dei. E contra, qui Sacramentum suscipit cum obice, nihil simile facit, nam, non mentitur, nec uult Deum esse testem alioquin falsi, sed tantum facit, ut signum, quod est instrumentum ad significandam praedice gratiam, hic & illud nunc eam praedice non significet, per quod tamen signum Deus non loquitur, unde re ipsa non uult, ut Deus hic & nunc censetur per illud loqui, sed tantum facit, ut signum illud non sit efficax, quod Deus uolebat esse efficax, ergo hic non est eiusmodi directa oppositio ad aliquam perfectionem diuinam, qualis est in perjurio. Conf. nam significare hic, est causare, suscipiens autem indigne tantum facit ut Deus uideatur cauere gratiam, quam tamen non causet, per quod directe non peccat contra ullam perfectionem diuinam: non contra ueracitatem, quia non facit, ut Deus uideatur dicere se causare, sed tantum facit, ut uideatur causare, quod non est contra ueracitatem: sed neque peccat contra omnipotentiam, cui non fit injuria, si uideatur hoc causare, quod causare potest, & quod merito causare deberet, imo potius fit honor omnipotentiae, ergo simpliciter non peccat directe contra ullam perfectionem diuinam; & consequenter non offenditur ratio, cur talis sumptio pro omni casu sit intrinsece mala.

§. 2. Si quis Baptisimum uel Penitentiam suscipiat in mortali, non peccat, nec impeditur gratia, dummodo habeat attritionem & ceteras dispositiones praerequisitas, quia haec duo Sacramenta dicuntur Sacramenta mortuorum, eo quod suscipi possint ab eo, qui non est in statu gratiae, ideoque conferunt primam gratiam. Si autem unum ex reliquis Sacramentis suscipiatur in mortali, impeditur infusio gratiae, ideoque peccatur mortaliter, etiam in Matrimonio per procuratorem inito, uti probat Mendo d. 12. q. 1. hoc enim procuratorem inito, uti & reliqua, sunt Sacramenta uiuorum, & quae necessario sumuntur in statu gratiae, quia, per se loquendo, solum secundam gratiam cauant, hinc docet Sanch. de Matr. l. 2. d. 111. num. 30. Volentes contrahere Matrimonium per procuratorem, teneri toto eo tempore esse in statu gratiae, quo probabile est futurum, ut procurator contrahat.

§. 3. Sicuti num. 80. 97. 102. dixi conscientiam Sacramentum non peccare mortaliter, dummodo sit in gratia ante plene susceptum Sacramentum, ita hic uideatur dicendum non peccare mortaliter suscipiendum, dummodo sit in gratia ante plene susceptum Sacramentum, unde ore sumens hostiam in peccato mortali non peccat mortaliter, dummodo uoluerit conteri, & re ipsa conteratur, antequam deglutiat, si prius non poterit conteri, uti pluribus explicabitur n. 415.

§. 4. Sacramenta omnia, ualide susceperit cum obice, postea 197 reuiviscit & cauant gratiam remota obice, ita S. Th. in 4. dist. 17. quaest. 3. art. 4. quaest. 1. ubi cum dixisset Confessionem reuiviscere sublata hostione, addit idem esse in aliis Sacramentis. Sequuntur Caj. Arr. Castrop. tract. 18. p. 9. alioque multi cum Escob. lib. 9. num. 182. contra varios, quorum aliqui cum Med. apud Dical. de Bapt. dist. 2. dub. 15. negant illum Sacramentum reuiviscere ad gratiam. Sot. Bernal. Hurt. Bosco dist. 1. f. 6. num. 62. dicunt reuiviscere solum Baptisimum. Dur. Palud. Amic. dist. 4. num. 158. solum Baptisimum, & Penitentiam: Sit. Cor. solum Baptisimum, Confirmationem & Ordinem: Saar. Fill. Lugo, Ill. lib. 6. dist. 1. num. 54. dicunt omnia reuiviscere praeter Eucharistiam, sed assertio nostra explicatur & probatur, nam;

1. Quod saltem Baptisimus reuiviscat, est communissima cum 198 S. Aug.